

recordacionis domini Jenchini Burneri quondam mariti sui . . priori ac fratribus ordinis 5
 predicatorum ad sanctum Paulum in Friberg censum qui dicitur jus fori, quem hactenus
 in civitate Friberg habuimus, videlicet de quolibet curru piscium sex denarios et de qua-
 libet tina piscium tres denarios monete Fribergensis, adhuc existens sane mentis et plene
 compos rationis legavit libere nomine testamenti. Cujus videlicet testamenti executorem
 statuit dominum Johannem Kuniconis fratrem su[u]m germanum, ad cujus nos requisiti-
 onem predictum censum ad nos hucusque jure hereditario pertinentem predictis fratri-
 bus coram ipso Johanne Kuneconis nec non Paulo Kuneconis dedimus et assignavimus
 ac tenore presencium damus pariter et assignamus cum omni jure, quod nobis competit
 in eodem, ut ipsum dicti . . prior et fratres vendere et quomodolibet possint suis usibus 10
 applicare, rogantes nichilominus honorabiles viros consules civitatis in Friberg, quod,
 vocatis ad presenciam suam Bertoldo Burneri et Thilemanno dicto Cyner, ipsos . . prio-
 rem et fratres in possessionem dicti census mittant nec paciantur ipsos in ea ab aliquo
 molestari. In cujus dacionis atque assignacionis testimonium presentem litteram sigillo
 domini Johannis Kuniconis fecimus roborari. Et ego Johannes Hekeleri predictus 15
 sigillum meum apposui in testimonium omnium predictorum. Datum et actum in Monte
 Cutne anno domini M^o CCC^o XXIII^o in die beati Ypoliti martyris sociorumque ejus.

500.

*Reynhard von Reinsberg schenkt dem Dominicanerkloster seinen Hof zu Freiberg beim Kirchhofe 25
 zu ULF, wofür sie in ihrem Convent vor der Grabstätte der Gerdrudis, der verstorbenen Gemahlin 20
 des Ausstellers, einen Altar errichten sollen.* 1343 März 17.

Hdschr.: Or. Perg. Rathausarchiv Freiberg K. 30. Das S. (an Pergamentstr.) fehlt.

Gedr.: (Klotzsch und Grundig) Sammlung verm. Nachr. 3,55.

Ann.: In dorso: De curia prope ecclesiam beate virginis (Saec. XIV/XV). Prope fontem vi gr. census (Saec. XV).

Universis qui presenciam viderint innotescat, quod ego Reynhardus de Reinsberg 25
 manens | in Heynrichsdorf curiam nostram sitam in Friberg juxta cimiterium sancte
 Marie virginis, | que quondam fuit Hannemanni Emerici, priori et fratribus conventus
 ordinis fratrum predicatorum | in Friberg do et assigno tenore presencium pariter et
 resigno ob remedium anime mee et uxoris mee Katherine necnon et Gerdrudis quondam
 uxoris mee pie memorie, ut dicti prior et fratres in conventu suo in Friberg retro sedem 30
 prioris altare construant ante sepulcrum Gerdrudis quondam uxoris mee ante dicte. Pro
 quo quidem altari de bonis meis attinencia in ornatu et aliis comparabo. In cujus
 assignacionis et resignacionis testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.
 Actum et datum anno domini M^o CCC^o XLIII^o in die sancte Gerdrudis virginis.